



katkomp.
17619


I Mag. St. Dr. P

Contio Spectabilis Magistrorum Cracoviensium
de authoritate apostolica et Bulla Coenae
Domini convulsa Prosternitur.

PANEG. et VITAE

Polon. 4^o

N^o. 586,



Contra Spectabilem Magistra-

tum Cracouensem, de Authoritate

Apostolica & Bulla CenœDñi conuulsa,

PROTESTATIO.

In nomine Domini Amen.

DRÆsenti Publico Instru-
mento cunctis pateat euidenter
& sit notum. Quomodo à Na-
tiuitate eiusdem 1645. Indici-
one Romana 13. Pontificatus S.
S. D. N. D. Innocentij Diuina
Prouidentia Papæ eius nominis X. feliciter moderni.
Año ipsi primo , die vorò Mens: Junij 12. In mei No-
tarij, Testiumque infrascriptorum ad hoc speciali-
ter vocatorum & rogatorum præsentia , persona-
liter constitutus, Clariſſ: & Eccleſiell : D. Christopho-
rus Naiman , Philosophiæ & Medicinæ Doctor , &
Ordinarius in Academia Crac : Professor, tenens
& habens suis in manibus quandam papijri Cedu-
lam, Protestationis causas contra personas infra-
(o) scriptas



scriptas in se continentem , mihi Notario in manus recipiendam tradidit. Cuius Cedulæ tenor sequitur talis. Ego Christophorus Naijman , gravi cum dolore in & contra Spectabiles D.D. Proconsulem & Consules Cracouien: propono , & dico. Quia ipsi timore DEI postposito , & in quanta Sancta Apostolica Sedes , à tot Sæculis in Regno sit veneratione , ac Sacræ R. Mtis in vindicandis his , Sanctæ Racouianæ seueritatis immemores , suum caput in eam extulisse , Jurisdictionem commiscuisse , Authoritatem oppugnasse , in Bullam Cænæ Dñi toties incidisse , non dubitassent. *Et Primum.* Quando cum Personis Ecclesiasticis , per Judicia Ecclesiastica , ad Summum Ecclesiæ caput , die 12. Mens: August: 1644. , legitimè deuolutam Appellationem , reiecerint. *Secundo.* Quando de data Romæ 28. Julij , Septima Nouemb: Paterna Apostolica Monitoria repulissent. *Tertio.* Quando à R. R. Vstiensc & Vitellio S. Petri usurpatas , suo Senatus-consulto 26. April: Claves , approbascent. *Quarto.* Quando eodem Senatusconsulto , Naimanum appellantem , loco Consulari mouissent. *Quinto.* Quando ita appellantem , bonis Consularibus spoliassent. *Sexto.*

176195

Sexto. Quando Apostolicam in illo appellationem,
ad Laicale suum Officium traxissent. *Septimo.* Quan-
do excommunicationis Vitellianæ futilitatis decla-
ratoriam Romæ 30. Januarij 1645. Apostolicam
Sententiam, Sexta Maij pleno confessu sibi intima-
tam, reieciſſent. *Octavo.* Quando Monitorij de da-
ta Romæ 22. Decembr: 1644., quanti quanti exe-
cutioni, ſe oppoſuiſſent. *Nono..* Quando dicto Mo-
nitorio fuiffent moniti, quatenus intra 6. dies, ſub
Mille ducatis in auro & excommunicatione, teno-
rem Bullæ exequerentur ita, vt ſine mora & con-
tradiſtione, eius effectu Naiman liberè vti, frui, poſ-
ſit; quia nihil Spectabilitates ſuæ horum, ſed om-
nia parum Catholicè. *Decimo.* Quia, cum posteri-
oribus Apostolicis, ideo quod antè Inhibitionibus
contraueniſſent, Bullà Cæn: Dñi fuiffent excom-
municati, Inhibitiones nouas reicientes, ſunt ite-
rum excommunicati. *Undecimo.* Quia, cum ideo
quod Naimani Juris Pontificij ex deuolutione Cau-
ſam, ad Laicale ſuum traxiſſent Judicium, posterio-
ri Monitorio ſint excommunicati; iteratis trahen-
tes vicibus, iteratò ſunt excommunicati. *Duode-
cimo.* Quia, cum ideo quod Naimanum ad Se-
dem A-

dem Apostolicam appellantem loco Consulari mo-
uisserent, fuissent posterioribus excommunicati; quia
loco motum habeant, iterum sunt excommunicatai. *Tredecimo.* Quia, cum ideo quod ad Sedem Apo-
stolicam appellantem bonis Consularibus spoliaf-
sent, posterioribus fuissent excommunicati; ijsdem
Consularibus, recutito nunc eum spoliantes consi-
lio, sunt iterum excommunicati. *Quatuordecimo.*
Quia, cum ideò quod Naimano aut verius Autho-
ritati Ecclesiastice magnis comminarentur Nomi-
nibus, fuissent excommunicati; nunc comminatio-
nes ad impios deducentes effectus, sunt iterum ex-
communicati. *Quindecimo.* Quia, cum ideò quod
Naimanum ne ad S. Sedem pro suis recurrisset ne-
gotijs prohibuissent, fuissent excommunicati, ite-
rum facientes, itetum sunt excommunicati. *Sede-
cimo.* Quia, cum ideo quod impertratis, quominus
Naiman vteretur literis Apostolicis prohibuissent,
fuissent excommunicati, iterum facientes, iterum
sunt excommunicati. *Decimoseptimo.* Quia, cum il-
lis, viris Catholicis, quatenus in Causis legitimè ad
Judicium Apostolicum deuolutis, sub mille ducatis
auri & excommunicatione, ab omnibus Naimano in
futurum

futurum quomodolibet abstinerent perturbationib;
ab Ecclesia fuisset prohibitū; à Spectabilitibus suis
(à quibus tanquā aquæ bibuntur excommunicationes)
reverentia omni & obedientia excussa, omnes vbiq;
contra Naimanum motæ perturbationes. *Decimo-*
octauo. Quia Monitorijs Apostolicis ita Spectabiles
D. D. toties refractati, cum Bullæ Cænæ Dñi Capi-
tulo tredecimo latè Sententiâ (Extravagantibus Le-
onis X. & Concilij Constantiensis non obstanti-
bus) re ipsa excommunicati, fuissent ex Ambonis
& per Cedulones exco[m]unicati publicandi; execu-
tioni & Ecclesiæ, h[ic] etiam Spectabilitates suæ ni-
mum quam oppositæ, refractariæ. *Decimonono.*
Quia, tantam, cum nihil profecissent, oppugnando
Authoritatem, Principis Catholicissimi authorita-
tem cum Apostolica committere conati. *Vigesimo.*
Quia cum S. Sedis paternæ prouidentiæ uno sua-
rum literarum loco non satis fuisset Naimani pro-
vidisse tranquilitati, prouidere dignata & aliò, sub
Censuris & mille aureis D. D. Consulibus Causæ Ju-
dicibus præcipiendo, quatenus executioni & effe-
ctui præinserti Capituli tredecimi, quovis colore se
opponere, Naimanum contra illius dispositionem

quomodolibet molestare, in Judicium aliud trahe-
re, aut quicquam in eius, Bullæ Capituli tredecimi,
literarumue Apostolicarum præsentium præiudici-
um, innouare præsumant; Spectabilitates tamē suę in
his omnibus parum Catholicè. *Vigesimoprimo.* Quia
toties Ecclesiæ refractarij, cum Bullâ Cænæ Dñi to-
ties existant ipso facto excomunicati; cum suis Paro-
chis ita conuenissent, quòd in Clauium contemp-
tum, contra secundam Papalem, Diuinis intersint,
& Sacras Missas audiant. *Vigesimosecundo.* Quia
Spect. D. D. eo non contenti quod ita in Vicari-
um DEI, sed contra ipsum quoque Viuum DE-
UM; nefandam, in uno Sartore André à Guciò
(Dla Boga tego nieuczijnię) Contra Concilium La-
teranense, contra S. R. M. Dñi Clementissimi, felicis-
simè propterea nunc Regnantis, in blasphematores
seuerissimos Processus; aliorumue Catholicorū Prin-
cipū Capitales Sanguiuis Pragmaticas, pleno Senatū,
19. Septembr: 1644. blasphemias (maledictiones & Le-
gū seueritatē in dissimulātes non veriti) impunè dissimulassent. Quare contra dictos ônes, aliasq; nominā-
dos & cognominādos, ôni meliori modo, formā, qui-
bus &c, &c. Protestor, & ad S. D. N. D. Innocentium

Diuina

Diuina Prouidētia Papā X. feliciter modernum eiusq;
Sedem Apostolicam prouoco, & literas Testimonia-
les à te Notario publico mihi dari peto, subiiciens
totam Causam Sedis Apostolicæ istam, tuitioni &
Protectioni Ecclesiæ, Sanctæque Sedis Apostolicæ,
ac protectioni prælibati Sanctissimi Domini No-
stri Domini Papæ. Saluo Jure addend, minu-
end: corrigend., & Protestatur pro-
ut Juris.

Locus ⊙ Signi

Loco ⊙ subscriptionis
Notarij.



Contra nos venit deus et nos
non contra nos. Et non sicut
nos volemus nos habere
victoriam, sed nos volemus
nos habere pacem. Et non
sicut nos volemus nos habere
victoriam, sed nos volemus
nos habere pacem. Et non
sicut nos volemus nos habere
victoriam, sed nos volemus
nos habere pacem.

¶ Tunc dicitur Ihesus Christus
¶ Tunc dicitur Ihesus Christus



Biblioteka Jagiellońska



stdr0008513

